



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animæ. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

XXI. De claro intellectu sacræ Scripturæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

satis, tu autem in gravissimis crebrius offendisti.

Patienter ergo dolores infirmitatum sustine, & te derelictum interdum ab hominibus gaude, ut cum Lazaro merearis cœlestis regni januam introire.

CAP. XXI. *De claro intellectu sacra Scriptura.*

*Psal. 118.*

**D**eclaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.

*Vfus S. Scripturae quis.*

Quaecumque in lege veteri & nova scripta sunt, ad doctrinam animæ nostræ scripta sunt; ut Deo fideliter serviamus, odiendo malum, & adhærendo Deo, Summo Bono, corde puro, integro, & perfecto, hic & in futuro.

*Ad intelligentiã ejus quo modo perveniendum.*

Quæ igitur ignoras, humiliter quære; & quæ non bene intelligis pete reverenter à doctioribus tibi declarari. Nam declaratio sermonum Dei illuminat corda parvulorum.

Si non potes adhuc altiora capere, tunc parva cum parvulis discite, sicut Dominus Jesus dicit:

*Matt. 18.*

*Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum.*

*Quæ*

exc  
tar  
cto  
se  
do  
no  
  
du  
fac  
me  
stu  
ne  
do  
  
lib  
do  
te.  
  
ria  
M  
S  
fa  
di  
fo  
  
e  
e  
fu  
r

Quæ ergo intellectum tuum  
excedunt, noli temere perscru-  
tari; sed omnia hæc Spiritui san-  
cto committe, & firmiter vera ef-  
se crede; quia Spiritus sanctus  
doctor est omnis veritatis, &  
non potest testis esse falsitatis.

Quòd multi habent multa  
dubia, non est culpa nec vitium  
sacrae Scripturae; sed cæcitas  
mentis eorum, & negligentia  
studii in sacris libris, qui conti-  
nent æternæ salutis necessaria  
documenta.

Igitur canonicas Scripturas  
libenter lege, & expositiones  
doctorum cum diligentia adver-  
te, & intelligere stude.

Nec tamen propter diligen-  
tiam studii, est ab oratione &  
Missarum celebratione cessandū.  
Sæpè enim in oratione et in Mis-  
sa, multa secreta devotis pan-  
duntur, quæ pomposis et curiosis  
scrutatoribus occultantur.

Prodest autem valde parvulis  
et rudibus, cum simplicia verba  
eis proponuntur; nocent verò  
subtilia, attamen juvant, si obscu-  
ra dicta explanantur.

Dubia  
circa eam  
unde o-  
riantur.

Lege eam  
sedulo.  
sed sine  
orationis  
dispen-  
dio.

Ruminā-  
do ejus  
dulcedo  
percipi-  
tur.

Et qui diligenter ad lectiones  
in choro & refectorio adver-  
tunt, & cautius perscrutantur,  
quid intrinsecus verba historiae  
continent; pascuntur favo mellis  
ex omni verbo Dei, quod au-  
diunt & legunt.

At clarus  
intelle-  
ctus non  
est vitæ  
præsen-  
tis.

Unde quamdiu homo corpo-  
re mortali vivit, semper magis  
addiscere potest, & ad altiora  
capienda proficere, sed ad cla-  
ram intelligentiam Angelorum  
& Beatorum visionem non at-  
tinget, donec ad æternæ beati-  
tudinis gloriam Christo auxi-  
liante perveniat.

3. Solidus & fortis cibus no-  
cet parvulis & infirmis; mollis  
cibus & tenuis potus, nutrit in-  
fantes.

Sufficit  
nosse ma-  
gis ne-  
cessaria;

Simplicia organa & moderata  
cantica, dulcius sæpè resonant &  
lætificant; alti clamores quasi  
duratonitrua, debiles animos  
magis terrent quàm recreant.

Crebra fulmina excæcant o-  
culos, lux in laterna conservat a-  
ciem visus.

Nocet  
nimium

Profunda flumina submergunt  
incaute natantes, per pontem  
tran-

transeuntes evadunt pericula a-  
quæ securius.

scrutari  
mysteria.

Sæpè per iter planum agnus  
liber transit, ubi bos fortis cadit  
& rapitur, ligatur & maclatur.

Sic simpliciter credens & hu-  
militer obediens, gratiam inve-  
nit; & sibi confidens, perdit quod  
habet. Alta extollunt leviter su-  
perbos, & in fine confundunt  
gloriantes.

4. Vidi simplices in oratione  
ex devotione flere, & alte cla-  
mantes & discantantes, nil tale  
in corde sentire.

Quare hoc accidit? Quia sim-  
plex & humilis Deo placere stu-  
det in omni quod agit & loqui-  
tur. Vox simplicis corde apud  
Deum in cœlo, vox vagi cordis  
& dissoluti cantoris, coram ho-  
minibus in vicis & plateis civi-  
tatis.

Cantum  
psalmorum  
cordis  
amor  
commen-  
dat, non  
vocis  
clamor.

Qui sensum Psalmorum se-  
riose attendit, & paulatim legit  
& cantat, magnam devotionis  
dulcedinem concipit.

Vere enim suavis est Domi-  
nus rectis corde, qui gloriam e-  
jus quærunt, non propriam lau-  
dem.

Be-

Benedictus sermo ex ore loquentis & cantantis, unde compungitur cor audientis.

Te corripit  
ge primum,  
deinde  
proximum.

5. Gallus antequam cantet, prius seipsum alis suis verberat & excitat; sic bonus frater, & devotus orator, se primum corrigere debet antequam alium increpet.

Ille bene & prudenter docet, qui à seipso incipit; & primo emendat, quod in aliis notat & reprehendit.

1. Tim. 5.  
Ita faciebat  
sanctus Paulus;

Sic sanctus Paulus alios instruens, humiliter se peccatorem præ aliis nominat, dicens: *Quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere: quorum primus ego sum, qui non sum dignus vocari Apostolus.*

Agnoscens se  
indignum  
Apostolatu.

Et quare, ô sanctissime Paule? *Quia persecutus sum Ecclesiam Dei.*

Unde ergo sanctus, & vas electionis vere digne glorificandus? Non ex meipso, non ab hominibus, sed per vocationem & revelationem Iesu Christi, à quo didicimus & humilis esse, & evangelio ejus obedire. Ni-

Ni-

Nihil boni mihi attribuo, sed quicquid egi & docui, hoc totum ei principaliter ascribo, qui me vocavit per gratiam suam ad fidem, quam prædico & servo usque ad mortem.

Nam sola gratia Dei sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed semper in me manet & manebit, donec perveniam ad eum, qui me pretioso sanguine suo redemit & salvavit.

1. Cor. 158

CAP. XXII. De magnis meritis patientiæ pro Christo.

**I**n patientia vestra possidebitis animas vestras. Luce 21.

Quando ergo aliquis dure tibi loquitur, aut te injuste increpat, non statim irascaris, nec dure respondeas, sed tace, aut humiliter loquere, & sustine patienter, sicut fecit Jesus.

Nam accusatus à multis tacuit, & flagellatus non murmuravit.

Aut si opus est loqui & profiteri, tunc responde benigne & doce prudenter, sicut Christus dura a-lapa percussus, respondit servo

Provocatus quacumque injuria, aut sile, aut dissimula: Aut mansuete responde, Exemplo Christi.

Rr

Poa